

1526 .

Sigismundus I. Rex Poloniae,  
Maria Regina Hungariae.

Serenissima Princeps et Domina.

154

Martinus Lesiecki, qui est Vladislao  
Fratri nostro, et item Ludovico Nepoti Se:  
renissimis Hungariae et Bohemiae Regi:  
bus, a primis suis annis servivit, Decla:  
ravit nobis Majestatem Vestram se lite:  
ris admonuisse certarum rerum videli:  
cet vestium, reliquaque suppellectilis  
Regiae, quasi ipse post intentum Sere:  
nissimi Domini Ludovici Regis ea sibi  
usurpasset, ob causam eandem Majestas  
Vestra, et coram se comparendi, et de  
praedictis respondendi, certum tempus  
videlicet diem Sancti Martini eisdem  
literis designasset. Item Lesiecki tametsi  
publice apud nos testatus esset, se pra:  
ter peculium suum nihil isthinc abstu:  
lisse, et idem ipsum peculium cum cur:  
ru ceterisque rebus sibi per praedones  
in Moravia direptum, et ablatum  
esse, ita ut aegre ipse vitam suam  
servaverit. Tamen imperio Vestrae  
Majestatis libentissime parere vel:  
let, et ad constitutum tempus se ei

Sistere





1526  
sistere, et se innocentem esse decere, si  
sibi secure, et sine vitæ discrimine, quod  
iam semper expertus est, isthuc venire li:  
ceret. Et proinde Majestatem Vram  
rogamus, ut habita etiam ejusdem Le:  
siecki veterum mentorum benigna ra:  
tione hanc ejus justam, et a ratione  
profectam contumaciam boni consulere  
Dignetur. Quandoquidem ipse cum primū  
provincia ista post tantam cladem ac:  
ceptam, tumultuantes pactiones, itine:  
raque ipsa aggressatoribus securiora fue:  
rint, ad Majestatem Vestram venire,  
et in quibus locis, vel apud quos sup:  
pellex Regia consistat, et præter  
res suas proprias, nihil inde abstu:  
lerit, nec tamen eas huc attulerit  
significaturus. Quam quidem ad rem  
et Nos ipsi operam navabimus, ut  
ita Majestatis Vestre voluntati  
mos geratur. Quam feli:  
cissime valere optamus  
ejusque mutuo  
amori Nos com:  
mendamus.

Datum &c.

